

Verf. Septimo ut ad institutum regrediar.

Vide quæ dicta sunt sup. num. 82. ubi plures referuntur, qui asserunt, assassinos esse, ac Ecclesiæ immunitate non juvari, qui homines etiam Christianos pretio inducunt, ut homicidia committant.

Ibi: Sic & Speculator.

Hoc jam declaratum est per Gregor. XIV. ubi expresse statuitur, assassinis Ecclesiæ immunitatem non suffragari quod ut alibi dixi, intelligi nequit de assassinis illis infidelibus, de quibus in dict. cap. 1. quoniam tunc temporis jam non grassabantur.

Ad Num. 11.

Excommunicatio non impedit, quin excommunicatus Ecclesiastica immunitate defendatur, Suar. d. tom. 1. de Religion. tract. 2. lib. 3. cap. 10. num. 3. Clar. in prax. §. fin. quest. 30. num. 18. Bonacin. in summ. tom. 3. de Excommunicat. in partic. extr. Bull. disp. 2. quest. 3. p. ult. 16. §. 5. num. 3. Farinac. de immunit. cap. 2. num. 44. & in prax. 19. 28. num. 39. Decian. tract. crimin. tom. 2. lib. 6. cap. 26. num. 3. Dian. part. 6. tract. 1. resolut. 26. vers. Quarto tertio, Gonni de immunit. fallent. 19. num. 1. in tract. fol. 101. Anast. Germ. de Sacror. immunit. lib. 3. cap. 16. à n. 72. Guazzin. de defens. reor. defens. 1. cap. 37. num. 54. Delbene de immunit. Ecclesiast. tom. 2. cap. 16. dubit. 10. sect. 3. Gregor. Lop. in l. 4. Glof. 1. tit. 11. p. 1. Carthar. decis. crimin. 59. num. 17. Bobadill. tom. 1. lib. 2. cap. 14. num. 50. Pet. Gregor. d. lib. 3. cap. 22. num. 1. Paz in prax. tom. 1. part. 5. cap. 3. §. 3. num. 11. Et omnes ferè, exceptis paucis quibusdam, quos refert Farinac. d. cap. 2. num. 45. 78. Gonni sup. qui meminit eorum, qui senferunt, excommunicatum ab homine non gaudere immunitate, secus à jure. Sed communis sententia omnino tenenda est, nam Ecclesia privilegium habet generale tuendi omnes, qui ad se confugiunt, nisi in casibus exceptis in jure: & nullibi cautum reperitur, quod excommunicatus immunitate privetur, neque inter effectus excommunicationis iste numeratur, ut observat Suar. sup. Nec refert, quod excommunicatus mortuus non admittatur ad Ecclesiam: nam jure ita constitutum est, ut sepultura careat Ecclesiastica, & in hoc nullus favor Ecclesiæ versatur, sicut in immunitate. Ex quo etiam respondetur ad aliud fundamentum Felini, & sequacium, licet enim excommunicatus rebellis sit Ecclesiæ, tamen defendi debet ab eadem, cum hoc in honorem Sacri loci cedat, cui privilegium immunitatis concessum est. Neque excommunicato interdicitur materialis Ecclesiæ ingressus, sed quatenus ordinatur ad assistendum Divinis; quod eidem non licet; Bonac. & Decian. sup. & hæc intelligas etiam in excommunicato publicè denunciato, ut advertunt Dian. & Delbene loc. citat.

Idem dicendum est de homine interdicto, propter rationes proxime perpenas, Suar. d. num. 3. Gambacurt. de immunitat. lib. 4. cap. 10. num. 4. Gonni num. 1. in fine; Delbene sect. 2. Dian. sup. vers. Quarto secundò, Farinac. n. 44. Ambrosin. de immunitat. cap. 8. num. 12. & alii communiter adversus Felinum in c. 2. n. 6. de exceptionib. Decian. num. 14.

Verf. Decimotertio, quamvis excommunicato.

Infidelem, qui ad Ecclesiam confugit, non esse dignum, ut in ea tueatur, docent Farinac. in prax. quest. 28. num. 68. Delbene sup. sect. 4. à num. 11. Peregrin. de immunit. cap. 12. num. 1. Clar. num. 17. Suar. sup. num. 11. Gonni fallent. 18. num. 4. Sarp. de jur. Asylor. cap. 5. fol. 58. Guazzin. cap. 38. num. 3. Ambrosin. de immunitat. cap. 8. num. 8. Paz num. 106. Pereira de man. Req. part. 2. cap. 5. num. 5. Bonacin. sup. §. 10. num. 3. Qui contrariam probabilitissimam dicit; Marquard. de Judæis, part. 1. cap. 8. Decian. dict. cap. 26. num. 2. Franc. Leo. in th. saur. For.

Ecclesiast. cap. 13. n. 13. Curtell. sup. lib. 1. quest. 22. Bobadill. d. cap. 14. num. 51. Lotter. de re beneficiar. lib. 1. q. 13. num. 109. Guttier. d. quest. 7. num. 51. & alii plures. Hæc sententia maximè nititur, l. 1. C. de iis, qui ad Eccles. confugiunt, ubi infidelibus immunitatis auxilium denegatur: cui decisioni standum est, cum simus in re dubia, & jure Canonico expressim non decisa, ut tenent Suar. num. 10. Decian. & alii supra: Alia fundamenta sunt apud Delbene, qui late disputat. Quæ resolutio procedit in Judæis, Sarracenis, aliisque, qui Sacrum Baptisma non susceperunt.

Ibi: Contrarium tamen notant.

Sed adversus D. Covar. & præfatam communem opinionem; alii plures sentiunt, infidelibus non esse immunitatis auxilium subtrahendum, ut Mar. Italia de immunit. Eccles. lib. 1. cap. 3. §. 1. Fagund. de præcept. Eccles. lib. 4. cap. 4. num. 49. Barbof. de jur. univers. Ecclesiast. lib. 2. cap. 3. num. 44. ubi testatur, ita fuisse per Sac. Congregat. immunitatis declaratum mense Februario anno 1631. Portel. in dub. Regular. verb. Ecclesiastica immunitas, num. 10. Ricciol. de iure person. ext. grem. Eccles. exist. lib. 2. cap. 12. Azor. institut. moral. part. 2. lib. 9. cap. 2. quest. 9. Carol. Maranta in controvers. jur. part. 1. r. spons. 51. num. 3. Ludovic. Correa in tract. de immunit. Eccles. part. 3. cap. 3. Dian. part. 1. tractat. 1. resolut. 22. Greg. Lop. in l. 4. glof. 1. tit. 11. p. 1. Ceval. tom. 1. q. 269. Quæ sanè opinio de jure defendi potest ex rationibus, quas pro illa Dian. considerat ubi proxime; qui ad stipulatur l. 2. d. tit. 11. ibi: *Todo ome*, prout advertit Gregor. Lop. d. glof. 1. & Bobadill. ubi proxime. Et ultra alia fundamenta considerandum est, quod egregiis Sacræ Scripturæ interpretibus placet, jus Asyli in Lege veteri etiam Gentilibus fuisse commune, ut dixi sup. num. 18. licet Delbene oppositum probet d. sect. 4. à num. 12. Præterea Beyerlinck, in theat. vit. human. tom. 1. verb. *Asylum*, à princip. refert, idolorum delubra apud Nationes aliquas, vel exteris asyla fuisse; quod magis omnibus venerabilia fiebant. Qua ratione Templorum veri Dei sanctitati hoc ipsum tribuendum est, ut in eis nedum Christiani, sed etiam infideles sint tuti; in quibus tuendis, pietatis, ac Majestatis amplitudo magis splendet. Nec ex juris Cæfarei constitutione in d. l. 1. restringendum est privilegium generaliter Ecclesiæ concessum, ut omnibus confugientibus sua immunitate subveniat, maximè cum verosimile non sit, quod Sacrorum Canonum Conditores exclusionem infidelium omiserint, si eos indignos Ecclesiæ immunitate judicarent. Tamen contrarium receptus est.

Prior autem sententia solet limitari, si infidelis ad Ecclesiam confugiens, postulet baptizari absque fictione, ut tenent Suar. d. cap. 10. num. 11. Navar. in Manual. c. 25. num. 10. Bajard. ad Clar. d. quest. 30. num. 21. Gambacurt. lib. 2. cap. 7. num. 88. Diana, Pereira, Bonacin. Paz. Guttier. ubi proxime, Cardos. in prax. judic. verb. *Ecclesia*, n. 81. & plures apud Delbene n. 25.

Oppositum sustinent Decian. sup. Guazzin. n. 4. vers. 124. Tamen, Ambrosin. d. cap. 8. num. 8. & alii, qui sentiunt, infideles baptismum in eo periculo constitutos simulatè potest, ut pœnam mortis evadant; & ita lege præsumi, dicit l. 1. C. de iis, qui ad Eccles. In qua controversia cum Suar. & Bonacin. dicendum est, quod si Judæus, vel Gentilis cupiebat absque cogitatione confugit ad veram Religionem convertere, & interim delicto patrato, confugiat ad Ecclesiam, & Baptismum petat, erit omnino tuendus, quia cessat ratio simulationis. Si verò postquam ad Sacrum Asylum se recepit, ostendat se velle suscipere Baptismum, poterit Ecclesia eum retinere, ut experiatur, an fidei convertatur, nec ne, atque ita illum tueri, vel non; etsi aliqui teneant esse præsumptionem juris, & de jure, quod simulata sit versio, quorum meminit Suar. n. 12.

Verf. Decimoquarto, eadem ratione.

Supponendum est, quod confugiens ad Ecclesiam propter crimen hæresis nullo modo ab ipsa defenditur:

1121

nam casus iste expressim excipitur in d. Bulla Gregor. XIV. ut notant Delbene dict. cap. 16. dubit. 22. num. 1. Suar. d. cap. 10. num. 13. Guttier. de delict. 19. 71. num. 2. Cardinal. de Lugo in tract. de fide, disp. 24. Decian. tom. 1. lib. 5. cap. 40. num. 7. & tom. 2. lib. 6. cap. 26. n. 4. Filliuc. tract. 15. c. 6. quest. 8. num. 151. Ambrosin. cap. 8. num. 1. Bonacin. §. 10. n. 1. Bobadill. sup. num. 54. Idem dicendum est de fautoribus, hæreticorum, de apostatis, sortilegis; aliisque de hæresi suspectis, Bonacin. ibidem, & num. 2. vers. Hinc patet, Farinac. de immunitat. cap. 13. num. 175. Delbene cum aliis, ubi proxime, à n. 8. Dian. part. 1. tract. 1. resolut. 38. Mar. Italia lib. 1. cap. 5. §. 6. num. 59. 140. Bobad. num. 57. Paz num. 109. & alii communiter. Et quantum criminis hujus cognitio ad forum Ecclesiasticum spectet privativè, cap. cum secundum 19. §. fin. de hæretic. in 6. Clar. in prax. §. Hæresis, num. 6. Guttier. cum multis, ubi proxime, q. 33. num. 10. Ac immunitas Ecclesiæ adversus juriisdictionem Ecclesiasticam non tueatur, ut late probat Delbene sup. dubit. 10. sect. 12. per tot. Tamen ex eo, quod propter hæresim immunitas non profit, utilis sequitur effectus; nam Judex laicus poterit absque censurâ metu hæreticum ab Ecclesia extrahere, ut ipsum judicandum Ecclesiastico tradat, sicut advertit Delbene dubit. 22. num. 1. vers. Respondetur, Farinac. d. cap. 13. n. 178. Bonacin. d. num. 1. vers. Respondeo negando. Et in hoc sensu D. Covar. prærens conclusio absque contradictione procedit: quia hæreticus immunitate non gaudet.

Questionis verò est de hæretico, qui propter crimen aliud, veluti homicidium ad Ecclesiam convolat, an in ea sit tutus; Negant cum D. Covar. Curtell. sup. lib. 1. q. 29. Navar. d. cap. 25. nu. 20. Tanner. in 2. 2. disp. 5. q. 8. dub. 1. num. 16. Bobadill. ubi proxime, num. 54. Petr. Greg. 2. 2. num. 1. Peregrin. d. cap. 8. num. 9. Gambacurt. lib. 7. cap. 2. num. 6. Gigas de crimin. las. Majestat. lib. 3. q. 9. 3. nu. 18. Decian. d. num. 4. Sarp. capit. 5. fol. 60. Ambrosin. cap. 8. num. 9. Guazzin. num. 5. vers. In tantum, Paz sup. n. 108. & alii, qui indistinctè docent hæreticum non juvari immunitate. Quæ opinio, ut ipsi DD. declarant, accipienda est de eo, quem hæreticum esse constat, nec punitus, & reconciliatus est; hic enim, licet aliquando in hæresim incidit, ab Ecclesia defendendum, si ob delictum non excommuniatus confugiat; omnes sententur. Videantur ita expressim adnotantes Delbene d. dub. 22. n. 7. Bonac. n. 2. vers. Ex quo patet.

At affirmant sentientes hæreticum, præter crimen hæresis, vel aliud exceptum, immunitate non esse indignum, Gregor. Lop. in l. 4. Glof. 1. tit. 11. p. 1. Suar. ubi proxime, Farinac. de immunit. cap. 13. num. 172. Delbene d. dub. 10. sect. 4. num. 5. 6. & dub. 22. num. 3. 4. Correa d. cap. 3. num. 3. Bonacin. num. 2. vers. Secunda sententia, Mar. Italia d. §. 6. num. 7. Caltr. Pal. tom. 2. tract. 11. disp. unio. punct. 7. num. 4. Dian. sup. resolut. 29. Azor. part. 2. lib. 9. cap. 9. quest. 9. Filliuc. sup. num. 151. Portell. nu. 10. Trullench. in Decalog. tom. 1. lib. 1. cap. 11. dub. 2. num. 2. & alii. Similiter Religiosus apostata immunitate non carebit, nisi in Ecclesiis ejus Ordinis, quem deseruit; Dian. sup. resolut. 23. Bobadill. d. num. 57. Delbene dubit. 24. sect. 16. Decian. d. cap. 26. num. 13. Farinac. n. 169. Mar. Ital. dict. lib. 1. cap. 3. §. 1. num. 17. vers. Ex his ergo, Guazzin. num. 7. Rebuff. ad leg. Gall. tom. 2. de immunit. Eccles. art. 1. Glof. 1. num. 25. Per rationem textus in cap. fin. de immunit. Ecclesiæ: in Ecclesiis propria Religiosis non est tutus. Quæ intelligas secundum eos, qui tenent etiam Ecclesiasticos immunitate gaudere, alioqui apostata hic à quacunque Ecclesia extrahetur, ut advertit Delbene, ubi proxime.

Ad Num. 12.

Reus, qui ad Ecclesiam pervenit, insectante Judice, & satellitibus persequentibus ipsum, ab ea extrahendus non est, Suar. cap. 11. num. 19. Farinac. in prax. quest. 28. num. 41. Guttier. ubi statim, n. 6. Clar. d. q. 30. n. 19. Gonni fallent. 31. fol. 106. Decian. d. lib. 6. cap. 28. nu. 31. Bobadill. num. 61. 62. Cur. Philip. tom. 1. part. 3. §. 12. num. 13. Paz

n. 40. Salazar de usu, & consuetudin. c. 6. num. 19. Bonacin. §. 4. n. 17. Guazzin. cap. 37. num. 42. Tusch. lit. E, cons. 10. num. 29. Ambrosin. sup. cap. 10. n. 13. vers. Nec non, & ita usur exceptum esse plerique testantur.

Ad Num. 13.

Is, qui per locum gaudentem immunitate captus à familia Judicis secularis ad carcerem, vel supplicium ducitur, defendi nequit prætextu immunitatis, cum liber ad Asylum non venerit, prout desideratur; Delbene dict. sect. 10. numero quarto, cum sequentibus, Farinac. in prax. quest. 28. num. 69. & de immunit. capit. 15. numer. 201. Suar. sup. num. 18. & 19. Tusch. conc. 12. num. 28. Guazzin. num. 43. vers. Hac dicta ampliatio, Franc. Marc. decis. 989. tom. 1. Decian. num. 30. Curtell. lib. 1. quest. 25. num. 8. 9. 30. Guttier. practicar. lib. 3. quest. 6. à princip. Bonacin. numer. 21. Bobadill. numer. 30. Qui hanc de juris rigore veriore agnoscit, quæ sanè tenenda est; quantum contrariam probent ipse Dian. Paz. numer. 47. Navar. capit. 25. numero decimono. Germon. lib. 3. cap. 16. num. 35. Villagur. de extens. leg. cap. fin. num. 40. Salazar. sup. capit. 7. num. 19. in fin. Clar. num. 22. Peregrin. cap. 5. n. 8. Qui distinxit existimans, priorem opinionem veram esse, quando reus necessariò ducitur per locum Sacrum, quia per alium non poterat; posteriorem, si voluntariè absque necessitate per Ecclesiam ducatur.

Eadem ratione mulier carcerata in Monasterio, loci immunitate non gaudet; Gregor. Lopez in l. 5. Glof. 2. tit. 29. part. 7. Bobadill. sup. Cur. Philip. numer. 10. Azeved. in l. 3. num. duodecimo, titulo secundo, lib. 1. Recopilat.

Verf. Decimo septimo, perpenas primis.

Qui captus per justitiæ ministros eorum manus evadit, & in Ecclesiam se confert, ab ea evelli jure non potest, Suar. ubi proxime, nu. 19. Farinac. de immunit. c. 15. n. 196. Delbene d. dub. 10. sect. 7. num. 1. Tusch. sup. conc. 10. nu. 21. 30. Layman. lib. 4. tract. 9. num. 9. Guazzin. d. cap. 37. nu. 39. Ambrosin. cap. 10. num. 13. Bonacin. num. 16. Guttier. num. 5. Dian. part. 6. tract. 1. resolut. 27. vers. Confirmatur supradicta. Paz num. 41. Bobadill. ubi sup. Decian. n. 32. Cur. Philip. n. 13. nisi ob casum exceptum.

Quod ampliat, etiam si ab aliis violenter reus eripitur ad fugam, Delbene num. 2. 3. ubi plures, Correa sup. part. 3. num. 21. Farinac. ubi proxime; Dian. sup. vers. Sed hanc sententiam, & tract. 8. resolut. 5. Mar. Ital. lib. 1. cap. 6. §. 2. à num. 70. licet contrarium sentiant Novar. in summ. Bullar. vit. de immunit. num. 14. Pasqualig. decis. 486. Peguera decis. 251. Ambrosin. cap. 10. num. 10. Gamma decis. 141. Sed prior opinio longè communior est, ac optimè probatur à Delbene d. cap. 16. dubit. 33. ex num. 22. Qui rectè ait, quod etsi vim inferentes satellitibus perperam faciant, ac gravi pœna sint digni; tamen Ecclesia jure suo utitur favens ad se liberè confugienti. Ad id verò, quod objicitur de restitutione faciendi justitiæ seculari, quæ spoliata est; quo præcipuè adversarii nituntur: potest responderi, ei locum non esse, quemadmodum nec pœnationi delictorum, in qua publicus favor versatur, propter reverentiam locis Sacris debitam; magna enim est ratio, quæ pro Religione facit, ut inquit Papinianus in l. sume persona 45. in fine, ff. de Religios. & sumpt. funer.

Similiter respondendum est de eo, qui per vim etiam vincens secum ducens satellitem à quo ducebatur, Ecclesiam ingressus est, Delbene dict. sect. 7. numero secundo, tertio, & dubit. 19. sect. 21. à numer. 4. Farinac. de immunit. cap. 16. num. 227. Dian. part. 1. tractat. 1. resolut. 13. Quam sententiam defendit Delbene dict. sect. 2. asserens, quod iste reus liber confugit, quandoquidem ipse iovi-

tum

tem satellitem trahit ad Ecclesiam, & non trahitur, ut captus confugisse dicatur. Quod ibidem post Farinac. & Dian. ampliatur, quamvis vulneret ministrum justitiæ cum magna sanguinis effusione. At contra tenent Curtell. lib. 2. q. 13. Villadieg. in Politic. cap. 3. num. 206. Gambacurt. de immunit. lib. 4. c. 28. num. 6.

Verf. Decimoctavo, ex his constat.

133 Reus, qui effracto carcere in Ecclesiam se recipit, si crimen exceptum non perpetrasset, evellendus non est, sed immunitatis auxilio juvatur. Ita cum D. Covar. asserunt Suar. n. 18. 19. Farinac. in prax. q. 28. num. 41. & de immunit. cap. 14. num. 200. Bonacin. d. q. 4. num. 16. Petr. Greg. synagmat. jur. lib. 13. cap. 22. num. 2. verf. Non effracto carcere. Peregrin. cap. 5. num. 9. Bobadill. n. 61. 62. Dian. part. 1. tract. 1. resolut. 19. Ambrosin. c. 10. num. 11. Decian. d. cap. 28. num. 28. Layman. d. tract. 9. capit. 3. num. 9. Guttier. q. 6. num. 5. Cur. Philip. num. 13. Paz n. 4. 1. 163. Delbene cum aliis dicit dubit. 10. sect. 6. a princip. Guazzin. num. 37. Navar. sup. num. 19. Quiquid dixerit Gambacurt. sup. num. 9.

134 Aliter resolvendum est de fugiente postquam sententia executibili ad tritremes, vel metallum damnatus est; & multo magis si à loco metalli, vel tritremibus fugiat, Bobadill. num. 74. Cur. Philip. num. 46. Mart. de jurisdict. part. 2. cap. 51. n. 17. Megal. in 3. part. lib. 4. cap. 2. q. 1. n. 33. Sarp. sup. cap. 5. fol. 54. Curtell. lib. 1. q. 25. n. 8. & q. 40. per tot. Gamma decis. 362. Villadieg. sup. n. 215. De quo apud nos est l. 9. §. penult. tit. 24. lib. 8. Recopilat. ubi ita expresse statuitur.

135 A qua opinione recedunt Ant. de Marinis quotidianar. resolut. c. 177. n. 2. Dian. part. 1. tract. 1. resolut. 40. Peregrin. sup. part. 2. c. 50. n. 17. Trullench. in Decalog. tom. 1. lib. 1. c. 1. dub. 3. n. 29. Correa part. 3. q. 4. num. 9. Novar. sup. n. 27. Giurba crimin. conf. 30. num. 21. Lezana verb. Immunitas, n. 16. Delbene dubit. 20. sect. 9. per tot. Similiter de exule asserunt Delbene d. sect. 6. num. 2. Marc. Ant. Genuens. in prax. c. 22. num. 1. Bonacin. §. 5. n. 15. Farinac. de immunit. c. 2. a. num. 37. Paz n. 147. Navar. n. 19. in fine. Idem dic de bannito, Bonacin. & alii: Delbene sect. 5.

Ibi: Quæ quidem praxis ex eo etiam improbat.

136 Carceratus, qui, præstato juramento commentariensi de redeundo ad carcerem, exiens ad Ecclesiam confugit, tutus est in ea, saltem ne poena corporalis ipsi imponatur, ita ut si periculum ejus imminet, extrahi non permittatur, sed juramenti relaxatio impetretur: Ita Suar. num. 20. Decian. num. 21. 33. Bonacin. §. 4. n. 17. Farinac. d. q. 28. num. 43. & de immunit. cap. 15. num. 200. Dian. part. 3. tract. 1. resolut. 37. Ambrosin. cap. 10. num. 12. Paz num. 164. Layman. ubi proximè. Guazzin. d. cap. 37. num. 38. Fagund. in præcept. Eccles. part. 2. lib. 4. cap. 4. num. 58. Navar. num. 19. Delbene sect. 10. Quanquam contrarium placeat Curtell. sup. q. 19. num. 4. Bobadill. cum aliis, num. 60. Peregrin. cap. 5. num. 10. Cur. Philip. num. 11. Azor. sup. part. 2. lib. 9. cap. 9. verf. Quid dicendum. Sed Communis est omnino amplectenda, quam sine distinctione admittendam esse, ita ut nullo modo reus extrahendus sit ab Ecclesia, docent Bonacin. Delbene, & Dian. ubi sup. Hac dicta sunt de carcerato justè; nam qui iniquè in vinculis detinetur, an teneatur præcisè relaxationem juramenti postulare? dixi lib. 1. cap. 2. a. n. 48.

Verf. Decimonono, oportet perpendere.

137 Ut innotescat quibus casibus Ecclesiæ immunitas delinquentibus non suffragetur, verba Gregoriana Constitutionis, qua omnes continentur, sunt præmittenda, ibi: Ad unam tantum formam reducimus, & moderamus, ut laicis ad Ecclesias, locaque Sacra confugientibus, si fuerint publici latrones, viarumque grassatores, qui itinera frequentata, vel publicas vias obsident, ac viatores ex insidiis aggrediuntur, vel depopulatores agrorum, quique homicidia, & mu-

tilationes membrorum in Ecclesiis, earumque cœmeteriis committere non verentur, aut qui prodicione proximum suum occiderint, aut assassinii, vel hæresis, aut læsæ Majestatis rei in personam ipsius sine Principis, immunitas Ecclesiastica non suffragetur.

Quia constitutione confirmatur quod ex cap. inter alia, 138 de immunitat. Ecclesiar. docet. D. Covar. scilicet depopulatores agrorum non gaudere Ecclesiastica immunitate. Sed dubium est, an post eam constitutionem, etiam diurnus depopulator censeatur exceptus? nam etsi in d. cap. inter alia, solum excipiatur necciturnus, in præcitata Bulla de depopulatore agitur simpliciter, atque ita tenent Farinac. de immunit. cap. 11. n. 16. Scottia theorema. 385. Barbof. de jur. univers. Ecclesiastic. lib. 2. cap. 3. num. 87. Lezana sup. num. 10. Bonacin. §. 6. num. 5. Dian. part. 6. tract. 1. resolut. 15. verf. Verum publicis, cum seq. Guazzin. capit. 38. num. 38. Ambrosin. cap. 4. n. 5. etsi alud teneat Caltr. Pal. d. disp. unic. punct. 9. num. 5. quod probabile dicit Delbene dubit. 17. n. 2. 3. Pellizz. n. 11.

De nocturnis depopulatoribus agrorum nullum est 139 dubium, quin Ecclesiæ immunitatem non mereantur; ut notarunt Delbene dubit. 16. Farinac. d. q. 28. num. 50. & d. cap. 11. num. 158. Bonacin. & Dian. ubi proximè. Bobadill. num. 24. Guazzin. ubi proximè, num. 37. Suar. n. 4. Clar. d. q. 30. n. 9. Paz n. 66. cum aliis, Decian. c. 28. num. 3. Pellizz. num. 11.

Depopulatores agrorum dicuntur, qui segetes in agris 140 surripiunt, vel vineas, & fructus devastant, ut observant Decian. Delbene, Paz, Bonacin. & alii sup. Incendiarii quoque agrorum inter depopulatores recensentur; non sic qui in urbe domos incendunt, nisi mors alicujus subsequatur, quæ cum proditorie inferatur, homicida immunitatem non consequetur: Ita Delbene n. 6. Bonacin. num. 6.

Ibi: Sic etiam excipitur famosus latro.

141 Latronem, vel grassatorem publicum ad Ecclesiam convolantem extrahi posse, ut debetè coërceatur, adnotarunt Suar. Clar. Bobadill. sup. Delbene dubit. 13. num. 1. & dubit. 18. ubi de grassatoribus, Pellizz. n. 9. Ant. Gom. d. lib. 3. cap. 10. num. 2. Barbof. d. cap. 3. ex num. 78. Guttier. sup. lib. 3. quest. 4. numer. 2. Decian. numer. 2. Bonacin. sup. a. num. 1. Gregor. Lop. in l. 4. Glos. 3. tit. 11. p. 1. Dian. d. resolut. 15. in princip. Guazz. n. 33. Farinac. de immunit. c. 10. num. 147.

142 Quis autem publicus latro censeatur, ut immunitate privetur? explicant præfati DD. maximè Decian. Delbene, Farinac. Bonacin. Barbof. Guazzin. Pellizzar. Ex quibus colligitur, multa desiderari. Primum, quod violenter foretur, Secundum in viis publicis, & frequentatis sive in terra, sive in mari deprædari. Tertium, actus reiterationem, non enim ex unico furto qualificato, ut dictum est, aliquis publicus latro dicetur. Quartum, quod constet notorietate juris, vel facti; confugientem talem latronem esse. Videantur præ cæteris Delbene, & Dian. Latrones publici etiam dicuntur, qui personas capiunt, & quasi pretium libertatis, vel vitæ, ab eis accipiunt, si hoc in locis publicis, & cum aliis qualitatibus traditis perpetrent; Dian. dicit. resolut. 15. in fine, Delbene dubit. 15. ubi alii. De famoso latrone nonnulla diximus hoc lib. capit. 9. num. 77. 78.

Ibi: Quasi secundum eos simplices fures.

143 Fures alios, præter latrones publicos, immunitate non esse de jure privandos, probant Delbene d. cap. 16. dubit. 14. num. 1. Mar. Ital. lib. 1. cap. 5. §. 1. num. 1. Bonacin. d. §. 6. num. 4. Dian. part. 6. tract. 1. resolut. 9. ubi de furante in Ecclesia, idem sentit Decian. num. 4. Clar. num. 14. Farinac. q. 28. numer. 51. Guazzin. cap. 37. numer. 57. Paz numer. 71. Anton. Gom. ubi proximè, qui duo limitant, si fur tria commiserit furta, ex quo famosus fur efficitur. Sed hæc limitatio est contra d. Bullam Gregorianam, & mentem

tem DD. qui exigunt, ut furta fiant violenter, & in viis publicis.

Ibi: Consuetudo tamen consensu Clericorum.

144 De hac consuetudine extrahendi ab Ecclesiis simplices fures testantur, eandem approbantes, Suar. d. n. 4. Bobadill. n. 22. Jul. Clar. ubi nuper, Paz n. 70. Sarp. cap. 5. fol. 51. Filluc. tract. 15. cap. 6. quest. 5. n. 152. Farinac. d. q. 28. n. 51. Bonacin. d. n. 4. in fin. Cur. Philip. d. §. 12. n. 41. Guazzin. sup. Pellizzar. d. c. 5. n. 3.

145 Eam vero consuetudinem damnant, sentientes non posse adversus immunitatem Ecclesiasticam introduci, Dian. d. resolut. 9. Decian. ubi proximè, Mar. Italia n. 2. Farinac. mutans sententiam, de immunit. cap. 6. n. 94. Pellizzar. sup. tom. 2. tract. 8. cap. 5. n. 3. 10. Tusch. lit. E. conc. 10. n. 23. Delbene n. 5. qui tamen subdit, quod si consuetudo post Bullam Gregor. XI. legitime alicubi præscripta sit, sustineri debet, nam omnes ante illam sunt per Pontificem obrogata. Sed adhuc post eam constitutionem in Hispania eadem viget consuetudo, ut testantur, qui post ipsam scribere, & ita in usu est, cum Bulla Gregoriana recepta non sit, ut dixi sup. n. 33.

146 Ex eadem Bulla reis læsæ Majestatis in personam Principis jus immunitatis Ecclesiæ non competit, ut notant Delbene d. cap. 16. dubit. 23. num. 1. Dian. part. 6. tract. 1. resolut. 18. verf. Sed cessat, Guazzin. d. defens. 1. cap. 38. num. 3. 1. verf. Sed hodie tollitur, Bonacin. §. 11. num. 1. Ambrosin. sup. cap. 9. Peregrin. cap. 9. Franc. Silvi. in suis var. resolutionib. verb. immunitas num. 108. Circaquam exceptionem plures examinantur quæstiones, de quibus latè Delbene, Dian. Bonacin. ubi nuper. Olim verò res erat controversa, non paucis sentientibus, tales reos immunitate gaudere, ut Guttier. d. lib. 3. q. 4. n. 17. Villagut. de extens. leg. cap. fin. num. 5. Scottia theorema. 87. Bolli. in prax. tit. de capitur. n. 32. Caltr. Palao, d. disp. unic. punct. 10. n. 42. Aliis pluribus contra tenentibus: scilicet Gigas de crimin. læsæ Majest. lib. 3. tit. de plurib. & diver. quæstion. q. 93. per tot. Clar. d. q. 30. num. 10. in fine, Bobadill. num. 55. Decian. dicit. cap. 28. num. 23. Cur. Philip. num. 28. Quæ sententia expresse approbat præfata constitutione quoad delinquentes in personam Principis, sed quoad alios reos læsæ Majestatis reprobat tacitè, ut sentiunt Bonacin. Delbene, & Dian. qui sic eam intelligunt, ut nec occidens Cardinales, Reginam, filios Principis, ejusque supremos Ministros, ut Proreges, aut Consiliarios, immunitate privetur. De quo alii apud ipsos diverimodè opinantur, & meritò potest dubitari.

147 Ultra casus in eadem Bulla exceptos, alii recensentur, in quibus reus immunitate Ecclesiastica non defenditur, quos congerunt Gonni sup. fallent. 1. cum seqq. Clar. dicit. q. 30. Bobadill. sup. cap. 14. Paz dicit. cap. 3. §. 3. Villadieg. in Politic. cap. 3. Guazzin. d. cap. 38. Cur. Philip. to. 1. part. 3. §. 12. Petr. Sarp. de Aylor. immunit. cap. 5. Quos tamen communiter Theologi rejiciunt, ut videre est apud Delbene dubit. 24. per tot. Dian. p. 1. tract. 1. & p. 6. tr. 1. qui tenent, nullum facinus etiam deterius in Bulla expressis excipi posse, ne reus immunitatem obtineat, quia Gregor. XIV. qui plures casus excepit, quàm jus commune Canonici, usus est taxativa, Tantum, per quam extensio exclusiva est; maximè cum de immunitate, & favore Ecclesiæ tractetur: cui sententiæ etiam juxta cap. inter alia, de immunit. Eccles. subscribitur se Bobadill. num. 22. Clar. num. 10. Montalv. in l. 4. tit. 11. p. 1. Farinac. de immunit. cap. 22. num. 353. Charar. decis. crimin. 9. Guttier. d. q. 4. num. 11. & alii, quos refert Bobadill. sup. lit. M. qui asserunt, non esse leges civiles observandas, quæ jubent, ne immunitas suffragetur raptoribus virginum, adulteris, & homicidis, ut in Authent. de mandat. Princip. §. Nec autem homicidis, quia juri Canonico standum est, & istam opinionem amplectuntur quamplurimi; quos laudant Delbene d. dubit. 24. sect. 1. num. 3. & Dian. part. 6. tract. 1. resolut. 25. verf. Secundo probatur, juxta quam, extensio admittenda non est in hac materia ex identitate, vel majoritate rationis.

148 Contrarium verò affirmant D. Covar. hoc cap. nu. 7. 8. Gambacurt. lib. 5. cap. 18. Portel. in dubiis Regular. verb. Ecclesiæ immunitas, num. 15. Curtell. sup. lib. 1. q. 2. & 21. Sarp. cap. 5. fol. 55. Decian. d. cap. 28. num. 10. Petr. Greg. dicit. cap. 22. num. 1. verf. Sed & tertio, de quo sup. n. 36. Sed cum magis communiter oppositum teneatur, nisi consuetudine aliud obtinuerit; prior opinio amplectenda est, ut post Innocentium resolvit Bobadill. num. 22. in fine, qua casus excepti per DD. ultra expressos in Bulla, admitti possunt, ut in eis immunitatis auxilio non sit locus. Alioqui in arbitrio Judicium esset immunitas Ecclesiastica, si possent canonica sanctionem ad casus similes vel atrociores extendere; quoniam qui casus similis dicatur, est in Judicis arbitrio, ut docet Menoch. de arbit. lib. 2. cas. 84. n. 7.

Ad Num. 14.

149 Illi, qui ad Ecclesiam propter æs alienum confugiunt, immunitate non defenduntur, secundum Curtell. lib. 1. q. 32. a. n. 26. Ceval. in tract. de cognit. per viam violent. p. 2. q. 5. num. 16. Bobadill. sup. n. 66. Ant. Gom. in l. 79. Taur. n. 5. Parlad. quotidianar. lib. 2. cap. fin. §. 6. num. 2. Olan. in antinom. jur. verb. Fugiens, n. 104. Et alios præsertim Hispanos, qui moventur ex l. fin. tit. 2. lib. 1. Recopil. ubi ita disponitur, & declaratur, debitores non gaudere immunitate: quod etiam videtur decisum per Clement. VII. qui per Bullas quasdam præcepit, ne debitores fugitivos ad Ecclesias Prælatis admitterent, ut immunitate gauderent; ut refert Dian. part. 3. tract. 1. resolut. 40. Delbene dubit. 11. sect. 6. num. 11. & in Gallia ita lege Regia constitutum esse testatur Pet. Greg. n. 2. Nihilominus contrarium esse verius, ut paulò inferius n. 153. cum D. Covar. probabimus: nam ad l. Regiam (præterquam quod dubium valde sit, an possit immunitati Ecclesiasticae aliquid per illam detrahi) responderi potest, non esse in Hispania usu receptam in debitore simplice, sed in fraudulento, ut testatur Bobadill. num. 68. Ad alterum fundamentum akerendum est cum Diana, eas Bullas missas fuisse ad Archiepiscopum Bononiensem, & Nuncium Neapolitanum, ultra quorum territoria vim non obtinent adversus jus commune.

Ibi: His suffragatur, maximè in his Hispaniarum Regnis.

150 Hoc nihil ad rem, ut immunitas debitoribus denegetur, ut observant Navar. in Manual. c. 25. n. 19. Paz d. §. 3. n. 153. ubi alii: Decian. d. c. 28. n. 34. Sed de eo in Hispania curandum non est, quoniam debitores creditoribus minime traduntur, & leges illud præcipientes in delictu-dinem abiere: observavi sup. hoc lib. c. 1. n. 40.

Ibi: Cum servus fugiens ad Ecclesiam.

151 Paritas negatur; quia servus à domino fugiens, sui ipsius iurum committit, l. 1. c. de serv. fugitiv. qui non extrahitur ad poenam; sed ut debitum juxta suam conditionem ministerium exhibeat; etsi ipsum Ecclesia tueretur contra dominum; peccatum fovèret. Debitor verò non peccat confugiens, ne carceribus mancipetur, ut creditor quasi servus tradatur, ubi de eo viget statutum, quoniam poenale est, cum homo liber servire invitatus compellatur; maximè si cum dedecore fiat, ut in Hispania, ubi signum miserandi status ad collum gestabat torquem scilicet ferreum: dixi hoc lib. cap. 1. num. 39. Hunc igitur Ecclesia defendit, ne poenam quasi servitutis sustineat, cum aliundè possit acquirere, ut creditoribus satisfaciat. Quibus, etsi aliter explicent, consentiunt Delbene dubit. 11. sect. 3. & alii infra, n. 153.

152 Illud compertum est, quod servus ad Ecclesiam confugiens, non propter Judicem, sed ob domini severitatem, seu cavittiam, præstato juramento, aut sufficienti cautione, arbitrio Prælatis, de immunitate servi secundum delicti qualitatem, est domino tradendus etiam invidius; quod si cavere nequeat, aut nolit, vendere mancipium compellitur,